

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Paupertatem summis ingeniis obesse ne prouchantur. Emblema CXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

Paupertatem summis ingenij obesse,  
ne prouehantur.

## EMBLEMA CXXI.



**D**EXTRA tenet lapidem, manus altera sustinet alas:  
Ut me pluma leuat, sic grane mergit onus.  
Ingenio poteram superas volitare per arces,  
Me nisi paupertas innida deprimerebat.

## COMMENTARI.

**I.** ADOLESCENTVLVS proponit  
tur (licet hic barbatulum ex prefelerit  
pictor) cui manu dextra ponderosus de-  
pendet lapis, sinistra vero eius ala affixa  
fuit levissimæ: vtq; haec alteram corporis  
partem eleuat, sic onus alteram deprimit.  
**II.** ADOLESCENTIS ingeniosi est pro-  
sopofacia, qui de paupertate conqueritur,

qua urgente nequit prouchi, licet ingenij  
bonitas omnia summa sibi polliceatur. La-  
pis paupertatis est symbolum, propter gra-  
uitatem & difficultatem ponderis. Citatur  
à multis hic senarius:  
*εδη περιασθεποντος*.  
Nullum pauperie molestius est onus.  
Conqueritur, inquam, dextra se gestare la-  
pidem

## Emblemaria :

522

pidem , quæ totius corporis habet regimē; nam hoc in sinistra aliquo pacto est ferēdum. Hinc notissimum illud Iuuenalis Sa-

tir. 3.

Haud facile emergunt , quorum virtutibus  
obstat

Res angusta domi .

Idemque :

— Cantare sub antro

Piero , thyrsus ve potest contingere sana

Paupertas , atq; aris inops , quo nocte dieq;

Corpus eget: satur est cū dicit Horatius obe-

Ala quid Per alas siue pennis, vigorē ingenij & ac-  
hōc loco . men intellige . Et h̄c querela multis alijs  
est communis, quibus liquid suppetaret ad  
studiorum progressum , non sanè ita hā-  
cerent in puluere, sed ad summos doctrinę  
gradus eucherentur .

III. DEXTRA tenes lapidem] manus dextra  
duro saxo retinetur & deprimitur, pauper  
tate scilicet , qua nihil grauius .

Manus altera] laeva alata est : ingenij  
dexteritas me subuehit .

Pluma leuata] leuem facit agilem; vi-  
gor ingenij me facit promptum ad erudi-  
tionis cultum percipiendum .

Ingenio poteram &c.] lumen hono-  
rem ex doctrinæ fructu confequi .

Paupertas ] Hoc verbo puto intelligi  
egestatem duris in rebus vrgētem, vt Poe-

ta loquitur . Pauper enim dictus est à par-  
uo vel pauco ære: at egens, cui nulla gens,  
vel qui nullius familiæ; quasi exgens, vt est  
apud Grammaticos veteres: nam, vt est in

proverbio , pauperi ne parentes quidem a-  
mici . Seneca ait epist. 17. Non est quod

paupertas nos à Philosophia reuocet , sed  
ne egestas quidem . Idem epist. 59. Quanta  
nobis verborum paupertas, imo egestas sit,  
nunquam magis , quam hodie intellexi .  
Plinius Secundus lib. 4. epist. i 8. Exprime-  
re tentauit Latinè epigrammata tua, in de-  
terioris tamē accedit hoc, primū imbecil-  
itate ingenij mei, deinde inopia, ac portiū  
vt Lucretius ait, hac egestate patrij ferme-  
nis . M. Tullius 2. in Antonium: Modò e-  
gens, repente diues . Sed de verborum dif-  
ferentia satis .

Inuida] noxia .

IV. E ST h̄c ( vt diximus ) inuenis inge-  
niosi prosopopœia , qua ostenditur pluri-  
mos ob ingenij felicitatem celebres & cla-  
ros futuros , nisi inuida paupertas depres-  
sos retardaret: est enim illa molestum pō-

Pauper-  
tas onus  
grauie .

dus, vt pleriq; nosse nollent, plurimum nam  
que iste quotidianus cibus est. Qui summa  
laborant inopia, non possunt prouchi, neq;  
enim patentes habent aut cognatos, aut a-  
lios etiam beneficos studiorum liberalium  
nutritios , qui sumptus necessarios sugge-  
rant . Hinc bene dixit Architas Philolo-  
phus, sapiētem vnicum habere incommo-  
dum, paupertatē . Exclamat etiam Comi-  
cus in Adelphis paupertatē esse onus mi-  
serum, & valde graue , vsq; adeo vt etiam  
nobilem ignobilem faciat . Sed ne transfi-

Excurſus  
in miserē  
adolescen-  
tum felici-  
tæ; genū incusat: quot quæso iā olim,  
eiffimi in  
genij con-  
ditiōnē,

liam tam oscitantur eam vulgatam & so-  
lemnem studiosorum penē innumerabilū  
querelam , qui miseram suam fortunā vi-  
tæ; genū incusat: quot quæso iā olim,  
eiffimi in  
genij con-  
ditiōnē,  
possunt, filiū asflectanturjimō vero cūm  
grauibus & molestis admodum colluctan-  
tur difficultatibus: quia quamquam inge-  
niū mētisq; penē diuinæ pennis expeditas  
& alacres habeant, nullum tamen aut ami-  
cum, aut locupletem hominem , vel certē  
Mæcenatem beneficū nancisci possunt ,  
qui nodum, qui saxum illud egestatis adeo  
vrgētis, qui validum fortunæ impedimen-  
tum tollat . Quis laboriosum & industrium  
Cleanthēm in historijs laude dignum non  
censeat , qui noctibus aduersus paupertati-  
em, diebus aduersus ignorantiam depu-  
gnabat: nam inopia cogente, noctis magna  
partem in aqua hauienda impendebat ,  
quò sibi victum compararet , interdiu ve-  
rō Chrysippi doctrinæ operam daret . Ea  
demum, quæ à præceptore mente cōcepe-  
rat, boum ossibus & testis fistilibus prescri-  
bere solebat, cūm pecunia ad emēdam pa-  
pyrum non suppetaret . Nam ne longius  
abeam, nullus nostrum est , cui competitū  
non sit, vbiū gentium permultos esse stu-  
dio addictos adolescentes , qui incredibili  
amore flagrant eas capessendi artes , qui-  
bus humilitas & eruditio comparatur .  
Qui tamen arctiore , nimisq; violēta pau-  
pertatis remora sic interdum prohibetur ,  
vt cūm ijs facultatibus omnino careant ,  
quæ ad hoc iter conficiendum necessariae  
sunt, ad artes quasdam sordidas , tanquam  
in pistriū, fortunæ, vt ita dicam, tyran-

Cleāthus  
indu-  
ſtria;

nide

nide compelluntur: vel si quid spei reliquum sit, non tamē possunt emergere, nisi deuorent infinitas in studio perlequendi molestias. Nā aut pædagogia onera sustent (qua conditione, si cum alijs cōfertatur, nulla alia miserio) aut dexterius ali quod subire munus, & viliores quasdam partes, inō vero labores indignos literatis hominibus perferre ac pati coguntur. Que ingenia certē acuta per se & viuenda sed inopia tamen nimis molestijs sopia nimis ac languida si quis liberali animo iacentia excutaret, nō dubium est quin longè plures haberemus in rebus Theologicis exercitatos, graues profectō & eruditos Iuris utriusq; cōsultos, fidos & perspicaces Medicos, Doctores longē plures in omni literarū genere, Mathematicos, Physicos, Logicos, Oratores, Poetas, Grammaticos, ad Reipub. non minimum & ornamētum, & adiumentum. Quod cūm ita queror ne scio (at Minos) profectō, an dicere ausim quae mihi nunc in mentem venuit: nempe hūc inopie diligenter, magnaq; liberalitate fuisse iam olim occursum a nostris maioribus, sapientibus certē ac pijs hominibus, qui tor scholas hac ī nostra Parisiēsi

Multe in  
Parisiēsi  
Acade-  
mia scho-  
la.

Academia (vt de cæteris taceam) à fundamentois excitarunt, legibus & institutis informarunt, redditibus etiam ac censibus annuis locupletarunt: quas opes rebus primū ijs, quas ad Religionem pertinēt, & pauperibus alendis, ijsq; quibus nimis esset arcta supeller, affigunt voluerunt. Quæ pia certē & Christianis hominibus digna beneficentia, institutioq; liberalis, mirum quām hodie immutata sit. Hūc enim adolescentium studiosorum & pauperum cēsum necio qui scholarachē malis artibus interdū occupant: ex quo sit, vt quæ iustē conferri debebant in usus publicos, miserè ab ijsdē & iniquè rapiantur: nec iam inopes ij admittantur, quos solos participes esse parerat huius munificentia, sed ignauī quidā

vētres impunē sanctos illos redditus depen-  
culentur. Sed de his alia fortesse commo-

Præcepto-  
ribus si-  
pendia as-  
signata.

diūs. Iure Canonum rectē constitutum

est, vt omnis sordes ab Ecclesia remoue-

tur, sed in primis exactio prætij pro docē-

di facultate, quamquā id iam olim ex ali-

qua consuetudine, vel vrētium more rece-

ptum esset: id enim sapere Simonā Cano-

nista assertuerat, vt Abbas c. 1. ext. de ma-

gistr. Non minus confulētō prouisum Con-

cilio primālō Laterano, deinde panteleicis

comitijs Aurelianensib. vt præceptorī Grā-

matico, & Doctori Theologo præbendā

fructus adsignarentur, vt iuuentus in lute-

ris humanioribus informaretur, & Chri-

stianus populus fidei sāctæ rationem addi-

siceret. Me nō fugit, quod quamquam pau-

per, non egens tamē, *du TAPNIS* alioqui fa-

cilius aliquātō ad Philosophiā pertuerat.

At contigit Platoni & Aristotelī, in magna

rerum copia beatis, vt Philosophiā cul um

assumere: sed hæ verborum ph̄lo sophia,

nō morum fuit. Diogenes sanē, tressis ho-

mo, ac diobolaris, pallio tenus philoso-

phus, nec tam propoito animi, quām ne-

cessitate. Aristippus, scutra nitidus, beneq;

plexus in aula regia. Hinc Cleanthis iuue-

nis industria, & laudabile studium meritō

laudari debet, cuius *την σοφίαν*

*ελάχε.* Quid multis? Laudat paupertatem Seneca sp̄lēdidē & magnificē, ipse tamē in summa rerum affluetia diues: qui-

bus nō resignant, nisi cūm morti proximus eo sibi nomine inuideri sensisset. Nec enim abiecit, vt qui factō naufragio ad pal-

lum fessē cōtulerunt. Cæterū dextræ la-

pis adhærens referri non incommodē po-

test ad impedimentum scribendi. Nam pr̄e-

inopia nihil eloqui potest, vel scriptis mā-


dare adolescēs, fortunę bonis omnino de-

stitutus. Et certē talis futurus erat Virgi-

lius, talisq; Horatius, nisi liberalitatē Me-

cenatis fuissent experti. Sed nūc Occasio,

ne elabatur, apprehendenda.



In Oc-